



UNA VOCE VENETIA

Giovedì santo

Sequētia sancti Evangēlii secūndum Joānnem *Joann. 15, 1-15*

ANTE diem festum Paschæ, sciens Jesus, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem : cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilēxit eos. Et cœna facta, cum diabolus jam misisset in cor, ut trāderet eum Judas Simónis Iscariôtæ : sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exívit, et ad Deum vadit : surgit a cena et ponit vestimēta sua : et cum accepisset línteum, præcínxit se. Deinde mittit aquam in pelvim, et cœpit lavare pedes discipulorum, et extérgere línteo, quo erat præcínctus. Venit ergo ad Simónem Petrum. Et dicit ei Petrus : Dómine, tu mihi lavas pedes? Respóndit Jesus et dixit ei : Quod ego fácio, tu nescis modo, scies autem póstea. Dicit ei Petrus : Non lavábis mihi pedes in ætérnum. Respóndit ei Jesus : Si non lávero te, non habébis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus : Dómine, non tantum pedes meos, sed et manus et caput. Dicit ei Jesus : Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciébat enim, quisnam esset, qui trāderet eum : proptérea dixit : Non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eórum et accépit vestimēta sua : cum recubúisset íterum, dixit eis : Scitis, quid fécerim vobis? Vos vocátis me Magíster et Dómine : et bene dícitis : sum étenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dóminus et Magíster : et vos debétis alter altérius lavare pedes. Exémplum enim dedi vobis, ut, quemádmódum ego feci vobis, ita et vos faciátis.

Dal Vangelo secondo Giovanni *Giov. 15, 1-15*

PRIMA della festa di Pasqua, sapendo Gesù che era venuta la sua ora di passare da questo mondo al Padre, avendo amato i suoi che erano nel mondo, li amò sino alla fine. E fatta la cena, avendo già il diavolo messo in cuore a Giuda di Simone Iscariote di tradirlo, sapendo che il Padre gli aveva dato tutto nelle mani, e come venuto da Dio a Dio tornava, si alzò da tavola, depose la veste, e preso un asciugatoio se lo cinse. Poi versata dell'acqua in un catino, cominciò a lavare i piedi ai discepoli, e ad asciugarli con l'asciugatoio di cui era cinto. Venne dunque a Simon Pietro. E Pietro gli disse: Signore, tu lavarmi i piedi? Gli rispose Gesù: Quello che fo tu ora non lo comprendi; ma lo saprai in avvenire. E Pietro: Tu non mi laverai i piedi in eterno! Gesù gli rispose: Se non ti laverò, non avrai parte con me. Allora, Signore, esclamò Simon Pietro, non soltanto i piedi, ma anche le mani e il capo! E Gesù replicò: Chi è lavato non ha bisogno che di lavarsi i piedi, per essere tutto puro. E voi siete puri, ma non tutti. Sapeva bene chi l'avrebbe tradito; per questo disse: Non siete puri tutti. Dopo aver dunque lavati loro i piedi, riprese le sue vesti e rimessosi a mensa, disse loro: Intendete quello che vi ho fatto? Voi mi chiamate Maestro e Signore, e dite bene, perché lo sono. Se dunque v'ho lavato i piedi io, Maestro e Signore, dovete anche voi lavarvi i piedi l'un l'altro. Io infatti vi ho dato l'esempio, affinché come ho fatto io, facciate anche voi.